mam meam deus meus in te

confi do non eru bescam neq;

irrideant me inimici mei et

enim universi qui te expectant

non confun dentur. V. Vias

tuas domine demonstra michi et

semitas tuas edoce me. Gloria:·

Euouae. Non dicatur. Gloria in ex. Per totum adventum n̄ in festis sanctorum. orato.

nos surgere. Nunc enim propior est nostra

quam cum credidimus. Nox precessit

dies autem appropinquavit. A

ciamus ergo opera tenebrarum: et

arma lucis: sicut in die honeste am

lemus. Non in comessationibus et

brietatibus: non in cubilibus et im

dicitiis: non in contentione et

mulatione. Sed induimini dominum ihesum

xpistum.

Rm. Universi qui te ex

pectant non confundentur

domine. V. Vias

tuas domine

notas fac

... chi ... um

tu ...

Al le lu ya.

V. Osten de nobis do mi ne misericordiam tu am et saluta re tu um da nobis.

Secundum matheum. In illo tempore. Cum appropinquasset ihesus ierosolimis. et venisset bethphage ad montem oliveti: tunc misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum quod contra vos est: et statim invenietis asinam alligatam et pullum cum ea. Solvite et adducite michi. Et si quis vobis aliquid dixerit: dicite quia dominus his opus habet. et confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est: ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Dicite filie syon. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus: sedens super asinam et pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli: fecerunt sicut precepit illis ihesus. Et adduxerunt asinam et pullum: et imposuerunt super eos vestimenta sua. et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba: straverunt vestimenta in via. Alii autem cedebant ramos de arboribus: et sternebant in via. Turbe autem que precedebant, et que sequebantur: clamabant dicentes. Osanna filio david: benedictus qui venit in nomine domini. Offertorium.

Ad te domi ne le va vi a nimam meam deus me us in te confi do non eru bescam neque irride ant me ini

mi — a me — i et e — num uniuer

si qui te expectant non confun —

Hec sacra Secreta.

nos domine pote

n virtute mundatos. ad cen — tur.

suum faciant pu

riores [illegible] pncipiū.

[illegible]. Communio. Domi — nus

— dabit benignita —

tem et ter — ra no — stra da — bit

fructum — suum. Postcommunio.

Suscipiamus dne misericordiam tuam in medio templi tui. et repa rationis nostre ventura sollempnia. con gruis honoribus pre cedamus. Per. Benedi camus domino.

Dominica secunda. Officium.

Populus syon — ec — ce do — minus ueni et ad saluandas gentes et auditam fa — ciet domi nus — glori — am uo — cis su e in letitia — cor — dis — uestri.

V. Qui regis israel intende qui deducis velut ovem ioseph. Gloria.

Excita do Oratio. mine corda no stra ad preparandas Excitae. unigeniti tui vias. ut per eius adven tum purificatis tibi mentibus servi re mereamur. Qui tecum. Ad ro

Fratres: Quecumque manos.

scripta sunt ad nostram doctri nam scripta sunt: ut per pacienciam et consolationem scripturarum spem habeamus. Deus autem paciencie et solacii. det vobis idipsum sapere

nanimes uno ore honorificetis [illegible]
et patrem domini nostri ihesu [illegible] propter
quod suscipite invicem: sicut et christus sus-
cepit vos in honorem dei. Dico enim christum
ihesum ministrum fuisse circumcisionis
propter veritatem dei. ad confirmandas
promissiones patrum. gentes autem super
misericordia honorare deum. sicut scriptum est.
Propterea confitebor tibi in gentibus: et nomi-
ni tuo cantabo. Et iterum dicit. Letami-
ni gentes: cum plebe eius. Et iterum. Lau-
date omnes gentes dominum: et magni-
ficate eum omnes populi. Et rursum ysa-
ias ait. Erit radix iesse: et qui exurget
regere gentes. in eum gentes sperabunt.
Deus autem spei repleat vos omni
gaudio et pace in credendo: ut habunde-
tis in spe. et
virtute spiritus
sancti. Resp. Ex syon spe-

ci-es de-co-ris eius

De-us manife-ste ve-

ni-et. Longa

[illegible]

tos eius qui ordina-[illegible]

tamentum e-ius

su-per sa-cri-fi-ci-a.

Alleluia.

V. Letatus sum in his [illegible]

dic-ta sunt mi-chi in do-

mum [illegible]

[illegible] bimus

potenciam tuam et ueni.

Qui re

gis israel

intende qui deduc is

uelut ouem io seph.

Alle lu ia.

Excita

do mine potencia am

tuam et ue

ni ut saluos fa ci as.

nos. Secundum matheum.

In illo. tempore: Cum audisset iohannes in uinculis opera christi: mittens duos de discipulis suis ait illi. Tu es qui uenturus es an alium expectamus. Et respondens dixit illis. Euntes renunciate iohanni que audistis et uidistis. Ceci uident. clau di ambulant: leprosi mundantur. surdi audiunt mortui resurgunt pauperes euuangelizantur. Et beatus est: qui non fuerit scandalizatus in me.

Illis autem abeuntibus: cepit ihesus dice
[illegible]
[illegible]
hominem mollibus uestitum. Ecce qui mollibus uestiuntur: in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere? prophetam. Etiam dico uobis: et plusquam prophetam. Hic est enim: de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam: qui preparabit uiam tuam ante te. Offertorium.

Benedi

xisti do mi ne ter

ram tu am auerti sti cap

tiuitatem iacob ~ remisi ~ sti iniquitatem ple ~ bis tu ~ e.

Deuotionis nostre tibi quesumus *Oratio.* domine hostia iugiter immoletur. que et sacri peragat instituta misterii. et salutare tuum nobis mirabiliter operetur. Per. *Communio.* Dici ~ te pusil lanimes conforta ~ mini ~ et nolite timere ~ ec ~ ce deus noster ueniet ~ et et ~ salua ~ bit ~

Imploramus domine *Postcommunio.* clementiam tuam ut hec diuina subsidia a uiciis expiatos ad nos festa uentura nos preparent. Per. *Feria iiii* *Officium.* Rora ~ te celi de su ~ per et nubes pluant iu ~ stum aperiatur ter ~ ra et germi net saluatorem. *Tem ps ce lux.* Alleluia ~ pa

alle ~ lu ~ ya. *V.* Et iusticia ori atur simul ego dominus cre ~ aui *Oremus.* eum. Gloria. Euouae. *Flectamus genua.* *Leuate.* *Oratio.*

Presta quesumus omnipotens deus: ut redempcionis nostre uentura sollempnitas. et presentis uite nobis subsidia conferat. et eterne beatitudinis premia largiatur. Per. *Lectio ysaie prophete.*

In diebus illis. Dixit ysaias propheta. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus domini in uertice montium: et eleuabitur super colles: et fluent ad eum omnes gentes: et ibunt populi multi. et dicent. Uenite ascendamus ad montem. et ad domum dei iacob: et docebit nos uias suas. et ambulabimus in semitis eius. quia de syon exibit lex. et uerbum domini de ierusalem. et iudicabit gentes: et arguet populos mu

et excussit flammam ignis de fornace: et fecit medium fornacis quasi uentum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem: et incendit quos repperit iuxta fornacem de caldeis. ministros regis qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis. neque contristauit: nec quicquam molestie intulit. Tunc hii tres qui ex uno ore laudabant et glorificabant et benedicebant deum in fornace dicentes:· ympnus. a a a a ÿ

Be- nedictus es domine deus pa- trum nostrorum. Chorus. Et lau- dabilis et glo- ri- o- sus in se- cula.

V. Et be- nedictum nomen glo- rie quod est sanctum. Chorus. Et laudabile glo- ri- o- sum in se- cula.

V. Be- nedictus es in templo s- to glo- rie tue. Et laudabilis. V. Be- nedictus es super thronum sanc[ti] regni tu- i. Et laudabilis. V. Be- nedictus es super sceptrum diuini- tatis tu- e. Et laudabilis. Be- nedictus es super pennas uentorum. Et lau- dabilis. V. Benedictus es qu[i] super cherubim intu- ens abyssos. Et laudabilis. V. Benedicant te

[A]ngeli et sancti tu- i. ℣. Lauda
[bi]lem et gloriosum in se- aula. ℣.
Benedicant te celi terra mare et om
[n]ia que in eis sunt. Laudabilem.
Gloria patri et filio et spiri
[tui] sancto. Laudabilem. ℣. Lauda
[bilem] et glorio- so in se- aula. ℣. Si[cut]
[erat] in principio et nunc et semp[er]
[et in s]ecula secu lorum amen. ℣. Et
[virt]us et honor po testas et imperium.

℣. Benedictus es. Ant. Domine
Deus qui tribus | Dominus vo
pueris mitigasti | biscum.
flammas ignium. concede | Oratio. Deus:
propicius. ut nos famulos tuos non
exurat flamma uiciorum. Per. Ad the
ssalonicenses. Rogamus | Salonicenses.
Fratres: Rogamus
uos per aduentum dni nri ihesu
xpi. et nostre congregationis in ipsum: ut
non cito moueamini a uestro sensu: neque
terreamini. neque per spiritum. neque per ser
monem. neque per epistolam. tamquam
per nos missam. quasi instet dies domini.
Ne quis uos seducat ullo modo. Quoniam ni
si uenerit discessio primum. et reuelatus
fuerit homo peccati. filius perdicionis. qui aduersa
tur et extollitur super omne quod dicitur
deus aut quod colitur: ita ut in templo
dei sedeat. ostendens se tamquam sit deus.
Non retinetis quod cum adhuc essem
apud uos. hec dicebam uobis? Et nunc quid
detineat scitis: ut reueletur in suo tempore.
Nam misterium iam operatur iniqui
tatis: tantum ut qui tenet nunc teneat. do
nec de medio fiat. Et nunc reuelabitur
ille iniquus. quem dominus ihesus interficiet spi
ritu oris sui. et destruet illustratione ad
uentus sui. Responsorium.

quoniam bonus quoniam in seculum
misericordia eius. Gloria. Euouae.
Excita domine potentiam tuam et veni. et magna nobis virtute succurre. ut per auxilium gratie tue quod nostra peccata prepediunt indulgentia tue propitiationis acceleret. Qui vivis. Ad philippenses.

Fratres. Gaudete in domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope est. Nichil solliciti sitis: sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione. petitiones vestre innotescant apud deum. Et pax dei que exsuperat omnem sensum: custodiat corda vestra et intelligentias vestras. In christo ihesu domino nostro.

Alleluia.
Veni domine et noli tardare relaxa facinora plebis tue. Secundum iohannem.

In illo tempore. Miserunt iudei ab ierosolimis sacerdotes et levitas ad iohannem: ut interrogarent eum. Tu quis es. Et confessus est. quia non sum ego christus. Et interrogaverunt eum. Quid ergo? Helias es tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es. ut responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso. Ait. Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam domini. sicut dixit ysaias propheta. Et qui missi fuerant: erant ex phariseis. Et interrogaverunt eum: et dixerunt ei. Quid ergo baptizas. si tu non es christus. neque helyas. neque propheta? Respondit eis iohannes. dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est. qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus. ut solvam eius corrigiam calciamenti.

clamenti. Hec in bethania facta sunt trans iordanem: ubi erat iohannes baptizans. Offertorium.

Confortamini et iam noli-te ti-me-re e-e-e iam de-us no-ster retribu-ens iudicium ipse ve-niet et salvos nos faciet.

Sacrificiis presentibus Secreta. domine qs placatus intende. ut et devotioni nostre proficiant et saluti. per. Co. Ecce virgo. 2. Postco.

Sumptis muneribus domine quesumus. ut cum frequentatione mysterii crescat nostre salutis effectus. Per dominum. In vigilia natalis domini officium:

Hodie scietis quia ve-niet dominus et salvabit nos et mane videbitis gloriam e-ius. V. Domini est terra et plenitudo eius orbis terrarum et universi qui habitant in eo. Gloria Euouae.

Deus qui nos Oratio. redemptionis nostre annua expectatione letificas: presta ut unigenitum tuum quem redemptorem leti suscipimus. venientem quoque iudicem securi videamus. dominum nostrum ihesum christum.

Hec dicit dominus. Hec oratio sola dicatur. Lectio ysaie prophete.

Propter syon non tacebo. et propter ierusalem non quiescam: donec egrediatur ut splendor iustus eius et salvator eius ut lampas accendatur. Et videbunt gentes iustum tuum: et cuncti reges inclitum tuum. Et vocabitur tibi

...dem nouum: quod os domini nomi-
nauit. Et eris corona glorie in manu
domini. et dyadema regni in manu
dei tui. Non uocaberis ultra derelicta
et terra tua non uocabitur amplius
desolata: sed uocaberis uoluntas mea
in ea. et terra tua inhabitabitur quia com-
placuit domino in te. Deinde sine in-
teruallo legatur epistola ad romanos.

Paulus seruus ihesu christi uocatus apostolus
segregatus in euangelium dei: quod an-
te promiserat per prophetas suos. in scripturis sanctis
de filio suo. qui factus est ei ex semine da-
uid. secundum carnem. Qui predestina-
tus est filius dei in uirtute secundum spiritum
sanctificationis. ex resurrectione mortuorum
ihesu christi domini nostri. per quem accepimus gratiam
et apostolatum: ad obediendum fidei in om-
nibus gentibus pro nomine eius.
In quibus estis et uos: uocati ihesu
christi domini nostri. Responsorium. Ho-

[die] scietis quia ueniet

et dominus

et saluabit uos et mane

uidebitis glo

riam eius. V. Qui

regis israel inten

de qui deducis

uelut ouem io

seph qui sedes super cherubim

appare

coram effraim

beniamin et manas

se. Si dominica fuerit. Alle

luya. V. [Cra]stina die delebitur iniquitas terre et regnabit super nos ſalvator mundi.

In illo tempore: Cum eſſet deſponſata mater ihũ maria ioſeph: antequam convenirent. inventa eſt in utero habens de ſpũ ſcõ. Ioſeph autem vir eius cum eſſet iuſtus. ⁊ nollet eã traducere: voluit occulte dimittere eam. Hec autem eo cogitante: ecce angelus domini in ſompnis apparuit ei dicens. Ioſeph fili david: noli timere accipere mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum eſt: de ſpũ ſcõ eſt. Pariet autem filium: ⁊ vocabit nomen eius ihm. Ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum: a peccatis eorũ.

Offertorium.

Tollite portas principes veſtras et elevamini porte eternales et introibit rex glorie.

Secreta.

Da nobis qs omnipotens deus. ut ſicut adoranda filii tui natalicia prevenimus. ſic eius munera capiamus ſempiterna gaudentes. Qui tecum vivis ⁊ regnas.

Communio.

Revelabitur gloria domini et videbit omnis caro ſalutare dei noſtri.

Poſtcõ.

Da nobis domine qs unigeniti filii tui recenſita nativitate reſpirare. cuius celeſti myſterio paſcimur

et potamur.

emunda. quia nulla ei nocebit ad
uerſitas. ſi nulla dn̄etur iniquitas.
℟ Sabbo offm̄. Audiuit dominus.
℣. Exaltabo te domine: Oratio.
Adeſto domine ſupplicationibꝫ
noſtris. ⁊ concede. ut hoc ſollempne
ieiunium qd' animis corporibuſq; cu
randis ſalubriter inſtitutum eſt. de
uoto ſeruicio celebremus. Per. Lectio.
Hec dicit dominus yſaie pphete.
Deus. Si abſtuleris de medio
tui cathenam. ⁊ deſieris digitum exte
dere. ⁊ loqui quod non pdeſt. cum effude
ris eſurienti animam tuam. ⁊ aīam
afflictam repleueris: orietur in tene
bris lux tua. ⁊ tenebre tue erunt ſicut
meridies. Et requiem dabit tibi dn̄s
ſemꝑ: ⁊ implebit ſplendoribꝫ aīam
tuam. ⁊ oſſa tua liberabit. Et erit q̄ſi
ortus irriguus: ⁊ ſicut fons aquarum
cuius nō deficient aque. Et edificabuntur
in te deſerta ſeculorum: fundamenta gn̄a
tionis ⁊ generationis ſuſcitabis. Et uo
caberis edificator ſepium: auertens ſe
mitas iniquitatum. Si auerteris a ſab
bato pedem tuū. facē uoluntatē tuam in
die ſcō meo. ⁊ uocabis ſabbm̄ delicatū
et ſcm̄ domini glioſum. et glificaueris
eum dum non facis uias tuas. ⁊ non
inueniatur uoluntas tua. ut loquaris

ſermonem: tunc delectaberis ſup domi
no: et ſuſtollam te ſup altitudines t're.
et cibabo te hereditate iacob patris tui. Os
enim domini locutum ē. Tr̄. Unam
petij a dn̄o. Sc̄dm matheum.
In illo tēpr: Cum ſero eſſet factum: erat na
uis in medio maris. ⁊ ihc̄ ſolus in terra.
Et uidens eos laborantes in remiga
do: erat enim uentus contrarius eis.
Et circa quartam uigiliam noctis ue
nit ad eos ambulans ſup mare: puta
uerunt fantaſma eē. Et exclamauerūt.
Omnes enim eum uiderunt: ⁊ contur
bati ſunt. Et ſtatim locutus eſt cū eis:
et dixit illis. Confidite. Ego ſum: nolite
timere. Et aſcendit ad illos in nauem:
et ceſſauit uentus. Et plus magis ī
tra ſe ſtupebant. Non enim intellexerāt
de panibꝫ: erat enim cor illoꝝ obcecatū.
Et cum tranſfretaſſent peruenerunt in
terram geneſareth. et applicuerunt.
Cumq; egreſſi eſſent de naui: continuo
cognouerunt eum. Et percurrentes u
niuerſam regionem illam: ceperunt
in grabatis eos qui ſe male habebant cir
cumferre ubi audiebant eum eē. Et
quocumq; introibat in uicos. uel ī uil
las aut ciuitates: in plateis ponebāt
infirmos. et deprecabantur eū. ut uel
fimbriam ueſtimenti eius tangerent.

Et quotquot tangebant eum: salui fiebant. Offm. Domine uiuifica me.

Prepara nos quesumus domine. Secreta. Huius abstinencie festiuis officiis. ut hec sacrificia ueneranda sobriis semper mentibus celebremus. Per. Prefatio. Qui corporali. Co. Seruite domino in timore. Postcom.

Celestis uite munere uegetati quesumus domine. ut quod est nobis in presenti uita mysterium. fiat eternitatis auxilium. Per. Super populum.

Fac nos quesumus domine salutis nostre causas. et deuotis semper frequentare seruitiis. et deuotius recolere principaliter inchoatas. Per dominum nostrum ihesum christum. Dominica prima in quadragesima. officium.

Inuocabit me et e go ex audiam e um e ripiam e um et glori fica bo e um longitudine die rum adimple bo e um. V. Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione dei celi commorabitur. Gloria. domine.

Deus qui ecclesiam tuam an- Oratio. nua quadragesimali obseruatione purificas. presta familie tue: ut quod a te obtinere abstinendo nititur. hoc bonis operibus exequatur. Per. Ad corinthios.

Fratres: Hortamur uos: ne in uacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te: et in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Neminem dantes ullam offensionem: ut non uituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros: in multa patientia. in tribulationibus. in necessitatibus. in angustiis. in plagis. in carceribus. in seditionibus. in laboribus. in uigiliis. in ieiuniis. in castitate. in scientia. in longanimitate. in suauitate. in spiritu sancto. In caritate non ficta: in uerbo ueritatis in uirtute dei.

lumen ostende. Per dominum nostrum ihesum christum filium tuum qui tecum. Sabbato. officium.

Intret oratio mea in conspectu tuo inclina aurem tuam ad precem meam domine. V. Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te. Gloria. Euouae. Quinque orationes sequentes dicantur sine. Dominus vobiscum. Sed ante unam quamque orationem dicatur. Oremus. Flectamus genua.

Oratio. Populum tuum domine quesumus propicius respice. atque ab eo. flagella tue iracundie clementer auerte. Per. Lectio libri deuteronomii.

In diebus illis. Locutus est moyses ad dominum dicens. Respice domine de sanctuario tuo. et de excelso celorum habitaculo. et benedic populo tuo israel. et terre quam dedisti nobis sicut iurasti patribus nostris. terre lacte et melle manantem. Audi israel. Hodie dominus deus tuus precepit tibi ut facias mandata eius atque iudicia. et custodias et impleas ex toto corde tuo et ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie. ut sit tibi deus. et ambules in uiis eius. et custodias cerimonias illius. et mandata atque iudicia. et obedias eius imperio. Et dominus elegit te hodie. ut sis ei populus peculiaris sicut locutus est tibi. et custodias omnia precepta eius. et faciat te excelsiorem cunctis gentibus quas creauit in laudem et nomen et gloriam suam. ut sis populus sanctus domini dei tui. sicut locutus est tibi.

Responsorium. Propitius esto domine peccatis nostris nequando dicant

gen tes u bi est de
us e orum.

V. Adiuva nos deus salutaris
noster
et propter hono
rem
nominis tui domine. li
bera nos. Or.

Deus qui nos in tantis pericu
lis constitutos. pro humana
scias fragilitate non posse subsistere
da nobis salutem mentis et corporis
ut ea que pro peccatis nostris patimur. te
adiuvante vincamus. Per dominum n.

Lectio libri deuteronomii.

In diebus illis: Dixit moyses ad filios
israel. Si custodieritis mandata
que ego precipio vobis. et feceri
tis ea. ut diligatis dominum de
um vestrum. et ambuletis in omnibus
viis eius. adherentes ei: disperdet do
minus omnes gentes istas ante fa
ciem vestram: et possidebitis eas que ma
iores et fortiores vobis sunt. Omnis
locus quem calcaverit pes vester:
vester erit: a deserto et libano et flumine
magno eufrate usque ad mare occiden
tale: erunt termini vestri. Nullus stabit
contra vos. Terrorem vestrum et for
midinem dabit dominus deus vester
super omnem terram quam calcaturi estis:
sicut locutus est vobis dominus deus vester.

R. Protector noster aspice deus. Or.

Protector noster aspice deus. ut qui
malorum nostrorum pondere premimur.
percepta misericordia libera tibi mente famu
lemur. Per. Lectio libri machabeorum.

In diebus illis: Orationem faciebant
sacerdotes dum offerrent sacrificium
pro populo israel: ionatha inchoante.
ceteris autem respondentibus et dicenti
bus. Benefaciat vobis deus. et memi
nerit testamenti sui quod ad abra
ham et isaac et iacob locutus est servo

01 N 2091

9

mortuus est: et tu nosti quia servus tu(us)
fuit timens deum. Et ecce creditor venit:
ut tollat duos filios meos ad serviendum sibi.
Cui dixit helyseus. Quid vis ut faciam
tibi: Dic michi quid habes in domo tua: At
illa respondit. Non habeo ancilla tua
quicquam in domo mea: nisi parum olei quo
ungar. Cui ait. Vade et pete mutuo ab omnibus
vicinis tuis. vasa vacua non pauca. et ingredere. et claude ostium. cum intrinsecus fueris tu et filii tui. Et mitte
inde in omnia vasa hec: et cum plena
fuerint tolles. Ivit itaque mulier: et clausit ostium super se. et super filios suos. Illi
offerebant vasa: et illa infundebat. Cumque
plena fuissent vasa: dixit ad filium suum. Affer michi adhuc vas: Et ille respondit.
Non habeo. Stetitque oleum. Venit autem illa:
et indicavit homini dei. Et ille. Vade inquit
vende oleum: et redde creditori tuo. Tu autem et filii tui: vivite de reliquo. R.

Ab occultis me- is mū-
da me do- mine
et ab alie-

nis
parce ser- vo tu- o
V. Si mei non fu-
domina-
ti tunc
immaculatus e-
ro et emunda-
bor
a delic- to maximo

Secundum matheum

1618

1618
B

[In] illo [tempore]. Respiciens ihesus discipu[los]
suos: dixit symon petro. Si peccave[rit in te]
[frater tuus: vade et corripe eum]
[inter] te et ipsum solum. Si te audierit:
[lucr]atus eris fratrem tuum. Si autem
[n]on te audierit: adhibe tecum adhuc
[un]um vel duos. ut in ore duorum vel
[tri]um testium stet omne verbum. Quod
[si n]on audierit eos: dic ecclesie. Si autem
[eccles]iam non audierit: sit tibi sicut eth[nicus]
[et] publicanus. Amen dico vobis:
[que]cumque alligaveritis super terram. erunt
[ligat]a et in celo. Et quecumque solveritis
[supe]r terram: erunt soluta et in celo. Ite[rum]
[dico] vobis: quia si duo ex vobis
consenserint super terram: de omni re
[qu]amcumque petierint. fiet illis a patre meo
[qui] in celis est. Ubi enim sunt duo
[vel t]res congregati in nomine meo:
[ibi] sum in medio eorum. Tunc acce[dens]
petrus ad eum: dixit. Domine
[quo]tiens peccabit in me frater meus.
[et d]imittam ei? usque septies: Dicit illi
[ihesus]. Non dico septies: sed usque septua[gies]
septies. Offertorium Dextera domini.

Per hec veniat quesumus domine Secreta
sacramenta nostre redemptionis
[effe]ctus. qui nos et ab humanis retra[hat]
semper excessibus. et ad salutaria cun[cta]
[per]ducat. Prefatio. Quod corporali. Communio.

Domine quis habitabit in taber-
naculo tu-o aut quis requi-
escet in monte sancto tu-o qui
ingreditur sine macula et operatur
iusti-tiam.

Sacratis domine Postcommunio
mysteriis expiati. et
veniam consequamur et gratiam.
Per. Super populum. Oratio.

Tua nos domine protectione defende. et
ab omni semper iniquitate cu-
stodi. Per. Feria
quarta. Officium

Ego autem clamavi
in do-mino spe-ravi ex-
ultabo et letabor in tu-a mise-

spiritu et ueritate. Nam et pater tales querit: qui adorent eum. Spiritus est deus: et eos qui adorant eum. in spiritu et ueritate. oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio quia messias uenit: qui dicitur xps. Cum ergo uenerit: ille nobis annunciabit omnia. Dicit ei ihs: Ego sum: qui loquor tecum. Et continuo uenerunt discipuli eius: et mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit quid queris: aut quid loqueris cum ea. Reliquit ergo ydriam suam mulier: et abiit in ciuitatem. et dixit illis hominibus. Venite et uidete hominem: qui dixit mihi omnia quecumque feci. Numquid ipse est xps. Exierunt de ciuitate: et ueniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli dicentes. Rabi manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare: quem uos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicem. Numquid aliquis attulit ei manducare. Dicit ei ihs. Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me: ut perficiam opus eius. Nonne uos dicitis: quod adhuc quatuor menses sunt. et messis uenit. Ecce dico uobis. leuate oculos uestros. et uidete regiones. quia albe sunt iam ad messem. Et qui metit mercedem accipit: et congregat fructum in uitam eternam:

ut et qui seminat. simul gaudeat e
metit. In hoc enim est uerbum ueru
quia alius est qui seminat. et aliu
qui metit. Ego misi uos metere: q
uos non laborastis. Alii laborauer
et uos in labores eorum introistis.
ciuitate autem illa multi crediderunt
in eum samaritanorum. propter
bum mulieris testimonium perhi
quia dixit mihi omnia quecumque fec
uenissent ergo ad illum samarit
rogauerunt eum ut ibi maneret
mansit ibi duos dies. Et multo p
res crediderunt: propter sermonem e
Et mulieri dicebant: quia iam no
propter tuam loquelam credimus:
enim audiuimus: et scimus quia
est uere saluator mundi. Offertoriu

adte ora lo do

Respi Sañ. ce domi nu ne. ne propicius ad munera que sacramus. ut et tibi g'ta et nobis salutaria semp existant.

Prefacio. Qui corporali. Commu.

Qui biberit aquam quam ego dabit dominus samaritane fiet e o fons aque salien tis uitam eter nam. Postcõ.

Huius nos domine perceptio sacramenta mundet a crimine. & ad celestia regna perducat. Per dominum.

Presta q' Oro. super populum. sumus omnipotens deus. ut q' tua protectione. confidimus. cuncta nobis aduersancia te adiuuante uincamus. Per dominum nostrum.

Sabbato officium.

Uerba mea auribus percipe domi ne intel lige clamo rem me um intende uo ci orationis me e. V. Rex meus et deus meus. Gloria pñ. Euouae.

Presta quesumus omnipotens Oratio. deus: ut qui se affligendo carnem ab alimentis abstinent. sectando iusticiam a culpa ieiunent. Per.

In diebus illis: Lectio danielis prophete.

Erat uir in babylone: & nomen eius ioachim. Et accepit uxorem nomine susannam filiam helchie. pulcram nimis. et timentem dominum. Parentes enim illius cum essent iusti. erudierunt filiam suam secundum legem moysi. Erat autem ioachim diues ualde: et erat ei

nullusque alius in domo nobiscum:
exceptis nobis duabus. Mortuus est
autem filius mulieris huius nocte:
dormiens quippe oppressit eum. Et con
surgens intempeste noctis silentio: tu
lit filium meum de latere meo. ancil
le tue dormientis. et collocavit in sinu
suo. Suum autem filium qui erat
mortuus: posuit in sinu meo. Cumque
surrexissem mane. ut darem lac filio
meo: apparuit mortuus. Quem dili
gentius intuens clara luce: deprehen
di non esse meum quem genueram.
Responditque altera mulier. Non est
ita: sed filius tuus mortuus est meus
autem vivit. E contrario illa dicebat.
Mentiris filius quippe meus vivit:
et filius tuus mortuus est. Atque in
hunc modum contendebant coram
rege. Tunc rex ait. Hec dicit. filius me
us vivit. et filius tuus mortuus
est: et ista respondit non. Sed filius tuus
mortuus est. meus autem vivit. Dixit
ergo rex. Afferte michi gladium. Cumque
attulissent gladium coram rege di
vidite inquit infantem vivum in
duas partes: et date dimidiam partem
uni. et dimidiam partem alteri. Dixit
autem mulier cuius filius erat vivus ad
regem: commota sunt quippe viscera

eius. super filio suo. Obsecro domine:
date illi infantem vivum. et nolite
interficere eum. E contrario illa dice
bat. Nec michi nec tibi sit: sed dividatur.
Respondit rex et ait. Date huic infan
tem vivum: et non occidatur. Hec est
enim mater eius. Audivit itaque
omnis israel iudicium quod iudicasset
rex: et timuerunt regem videntes
sapientiam dei esse in
eo. ad faciendum iu
dicium. Responsorium.

domine non secundum

tar in eter

Tr. Domine non secundum. Secundum

num. Iohannem.

In illo tempore: Prope erat pascha iudeorum: et ascendit ihesus iherosolimam. Et invenit in templo vendentes oves et boves et columbas: et nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis: omnes eiecit de templo. Oves quoque: et boves. Et nummulariorum effudit es: et mensas subvertit. Et his qui columbas vendebant: dixit. Auferte ista hinc: et nolite facere domum patris mei domum negociationis. Recordati vero sunt discipuli eius: quia scriptum est. Zelus domus tue comedit me. Responderunt ergo iudei: et dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis. quia hec facis: Respondit ihesus: et dixit eis. Solvite templum hoc: et in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatum est templum hoc: et tu tribus diebus excitabis illud. Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis: recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat. Et crediderunt scripture: et sermoni quem dixit ihesus. Cum autem esset iherosolimis in pascha in die festo: multi crediderunt in nomine eius. videntes signa que faciebat. Ipse autem ihesus non credebat semet ipsum eis: eo quod ipse nosset omnes. et quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat: quid esset in homine. Offertorium.

Iubilate deo omnis. Secreta.

Oblatum tibi domine sacrificium vivificet nos semper et muniat. Per dominum. Prefacio: Qui corporali ieiunio. Communio.

Ab occultis meis munda me domine et ab alienis parce servo tuo. Postcommunio.

exaudi. et quibus supplicandi prestas
affectum. tribue defensionis auxi
lium. Per. Feria tercia. Officium.

Exaudi deus orationem me
am et ne despexeris depreca
tionem meam intende in
me et exau di me.

V. Contristatus sum in exercitatione
mea et conturbatus sum a voce inimi
ci et a tribulatione peccatoris.

tue propitiationis consuetum prestet
auxilium. Per. Lectio libri exodi.

In diebus illis: Locutus est dominus
ad moysen dicens. Descende de mon
te: peccavit populus tuus quem e
duxisti de terra egypti. Recesserunt
cito de via quam ostendisti eis fece
runtque sibi vitulum conflatilem. et
adoraverunt. atque immolantes ei
hostias. dixerunt. Isti sunt dii tui
israel: qui te eduxerunt de terra egyp
ti. Rursumque ait dominus ad moy
sen. Cerno quod populus iste dure cer
vicis sit: dimitte me ut irascatur
furor meus contra eos: et deleam
eos. faciamque te in gentem mag
nam. Moyses autem: orabat do
minum deum suum dicens. Cur
domine irascitur furor tuus contra
populum tuum quem eduxisti de
terra egypti. in fortitudine mag
na et in manu robusta: Ne queso
dicant egyptii: callide eduxit eos.
ut interficeret in montibus et delet

[illegible]
terram. hanc de qua locutus sum.
dabo semini vestro: et possidebitis eam
semper. Placatusque est dominus: ne
faceret malum quod locutus fuerat.
Et misertus est populo suo: domi
nus deus noster. Responsorium.

Exurge do mine
fer o pem no
bis et li
be ra nos
propter no men tu
um.

[illegible]
mi nus patres no
stri annunciave
runt no bis o
pus quod opera tus es in
die bus e orum
et in die
bus an ti
quis. Secundum iohannem.

In illo tempore: Iam die festo mediante: ascendit ihs in templum et docebat. Et mirabantur iudei. dicentes. Quomodo hic litteras scit cum non didicerit? Respondit eis ihs: et dixit. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Siquis voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina. utrum ex deo sit an ego a me ipso loquar. Qui a semet ipso loquitur: gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam eius qui misit illum: hic verax est. et iniusticia in illo non est. Nonne moyses dedit vobis legem: Et nemo ex vobis facit legem. Quid me queritis interficere? Respondit turba: et dixit. Demonium habes. Quis te querit interficere? Respondit ihs: et dixit eis. Unum opus feci: et omnes miramini. Propterea moyses dedit vobis circumcisionem: non quia ex moyse est: sed ex patribus. Et in sabbato circumciditis hominem. Si circumcisionem accipit homo in sabbato. ut non solvatur lex moysi: mihi indignamini. quia totum hominem sanum feci in sabbato? Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex iherosolimis. Nonne hic est quem querunt interficere. Ecce palam loquitur: et nichil ei dicunt.

Numquid vere cognoverunt principes. quia hic est xps? Sed hunc scimus unde sit: xps autem cum venerit nemo scit unde sit. Clamabat ergo ihs docens in templo: et dicens. Et me. et unde sim scitis: et a me ipso non veni. sed est verus qui misit me quem vos nescitis. Ego scio eum quia ab ipso sum. et ipse me misit. Querebant ergo eum apprehendere: et nemo misit in illum manus. quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum.

Offertorium. [...]

cantium novum ymnum

Deo nostro. Secr.

Hec hostia domine quesumus emundet nostra delicta et ad sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentesque sanctificet. Per dominum. Praefacio. Qui corporali ieiunio. Communio.

Leta bimur in salutari tuo et in nomine domini dei nostri magnificabimur.

Huius nos domine perceptio sacramenti mundet a crimine et ad celestia regna perducat. Per. Postcommunio. Super populum.

Miserere domine populo tuo et continuis tribulationibus laborantem propicius respirare concede. Per dominum nostrum ihesum.

Feria quarta. Officium.

Dum sanctificatus fuero in uobis congregabo uos de universis terris et effundam super uos aquam mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris et dabo uobis spiritum nouum.

Benedicam dominum in

[illegible]

suum. et clamauit ad dominum. et dixit. Domine deus meus. etiam ne uiduam apud quam ego utcumque sustentor afflixisti ut interficeres filium eius. Et expandit se. atque mensus est super puerum tribus uicibus: clamauitque ad dominum et ait. Domine deus meus. reuertatur oro anima pueri. huius in uiscera eius. Exaudiuit dominus uocem helye: et reuersa est anima pueri intra eum. et reuixit. Tulitque helyas puerum. et deposuit eum de cenaculo in inferiorem domum: et tradidit matri sue. et ait illi. En uiuit filius tuus. Dixitque mulier ad helyam. Nunc in isto cognoui quoniam uir dei es tu: et uerbum domini in ore tuo uerum est. Gradale. Bonum est confidere in domino quam confidere in homine. Bonum est sperare in domino quam sperare in principibus. Tractus. Domine non secundum. Secundum Iohannem.

In illo tempore: Erat quidam languens lazarus a bethania: de castello marie et marthe sororum eius. Maria autem erat que unxit dominum unguento. et extersit pedes eius capillis suis: cuius frater lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum: dicentes. Domine ecce quem amas infirmatur. Audiens autem ihesus: dixit eis. Infirmitas hec non est ad mortem: sed pro gloria dei. ut glorificetur filius dei per eam. Diligebat autem ihesus martham et sororem eius mariam: et lazarum. Ut ergo audiuit quia infirmabatur: tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hec dicit discipulis suis. Eamus in iudeam

iterum. Dicunt ei discipuli. Rabi. nunc
querebant te iudei lapidare. et iterum va
dis illuc? Respondit ihesus. Nonne duo
decim hore sunt diei? Si quis ambula
verit in die non offendit: quia lucem
huius mundi videt. Si autem am
bulaverit in nocte offendit: quia lux
non est in eo. Hec ait: et post hec dixit eis.
Lazarus amicus noster dormit: sed
vado ut a sompno excitem eum.
Dixerunt ergo discipuli eius. Domine
si dormit. salvus erit. Dixerat autem
ihesus de morte eius? Illi autem putave
runt quia de dormitione sompni
diceret. Tunc ergo dixit eis ihesus ma
nifeste. Lazarus mortuus est: et gau
deo propter vos. ut credatis quoniam non eram
ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo
thomas qui dicitur didimus: ad con
discipulos. Eamus et nos: et moria
mur cum eo. Venit itaque ihesus: et inve
nit eum quatuor dies iam in mo
numento habentem. Erat autem betha
nia iuxta iherosolimam: quasi stadi
is quindecim. Multi autem ex iude
is venerant ad martham et mari
am: ut consolarentur eas de fratre suo.
Martha ergo ut audivit quia ihesus
venit: occurrit illi. Maria autem
domi sedebat. Dixit ergo martha ad
ihesum. Domine si fuisses hic: frater meus
non fuisset mortuus. Sed et nunc scio: quia
quecumque poposceris a deo dabit tibi deus.
Dicit illi ihesus. Resurget frater tuus. Di
cit ei martha. Scio quia resurget in resur
rectione: in novissimo die. Dicit ei ihesus.
Ego sum resurrectio: et vita. Qui credit
in me etiam si mortuus fuerit vivet.
Et omnis qui vivit et credit in me: non
morietur in eternum. Credis hoc? Ait
illi. Utique domine. Ego credidi quia
tu es christus filius dei vivi: qui in hunc
mundum venisti. Et cum hec dixisset:
abiit et vocavit mariam sororem su
am silentio. dicens. Magister adest:
et vocat te. Illa ut audivit: surrexit ci
to. et venit ad eum. Nondum enim
venerat ihesus in castellum: sed erat ad
huc in illo loco ubi occurrerat ei martha.
Iudei igitur qui erant cum ea in domo.
et consolabantur eam. cum vidissent
mariam. quia cito surrexit et exiit: secuti sunt
eam dicentes. quia vadit ad monumen
tum. ut ploret ibi. Maria ergo cum ve
nisset ubi erat ihesus: videns eum cecidit
ad pedes eius: et dixit ei. Domine si fuis
ses hic: frater meus non fuisset mortuus. Ihesus
ergo ut vidit eam plorantem et iudeos
qui venerant cum ea plorantes: fre
muit spiritu. et turbavit seipsum et dixit.

perdit oculos ceci nati. facere ut et hic
non moreretur? Ihs ergo rursum
fremens in semetipso: venit ad monu
mentum. Erat autem spelunca: et
lapis superpositus erat ei. Ait ihs. Tol
lite lapidem. Dicit ei martha: soror
eius qui mortuus fuerat. Domine.
iam fetet: quatriduanus enim est.
Dicit ei ihs. Nonne dixi tibi. qm si
credideris videbis gloriam dei: Tu
lerunt ergo lapidem. Ihs autem ele
vatis sursum oculis: dixit. Pater.
gracias ago tibi: quoniam audi
sti me. Ego autem sciebam quia
semper me audis: sed propter populum qui
circumstat dixi. ut credant quia
tu me misisti. Hec cum dixisset:
voce magna clamavit Lazare: veni
foras. Et statim prodiit qui fuerat
mortuus. ligatus pedes et manus
institis: et facies illius sudario erat li
gata. Dicit ei ihs. Solvite eum: et sini
te abire. Multi ergo ex iudeis qui ve
nerant ad mariam et viderant que
fecit: crediderunt in eum. Offertorium.

tem salvum facies ... do
mine et o ... culos superbo
... rum humilia ... bis
quoniam quis ... de ... us
preter te do ...
... mine. Munera nos domine quesumus oblata purificent et te
nobis iugiter faciant esse placatos.
Per dominum nostrum ihm. Prefatio.
Qui corporali ieiunio. Communio.
Videns dominus flentes sorores
lazari ad monumentum lacrimatus

... a ligno

manibus et pedibus qui fuerat q

... uiuimus mortu ... us.

Et nos quesumus. *Postco.*

Hec domine participatio sacramenti. et a propriis reatibus indesinenter expediat et ab omnibus tueatur adversis. Per.

Da quesumus omnipotens *Super populum.* deus. ut qui infirmitatis nostre conscii de tua virtute confidimus sub tua semper pietate gaudeamus. Per dominum nostrum ihesum christum filium tuum. *Sabbato. officium.*

Sicientes venite ad aquas dicit dominus et qui non habetis precium venite

attendite popule meus legem meam inclinate aurem vestram in verba oris mei. Gloria. Euouae.

Fiat quesumus domine per *Oratio.* graciam tuam fructuosus nostre devotionis affectus. quia tunc nobis proderunt suscepta ieiunia. si tue sint placita pietati. Per do.

Lectio ysaie prophete.

Hec dicit dominus: In tempore placito exaudivi te: et in die salutis auxiliatus sum tui. Et servavi te et dedi te in fedus populi: ut suscitares terram. et possideres hereditates dissipatas ut diceres his qui vincti sunt exite: et his qui in tenebris. revelamini. Super vias pascentur et in omnibus planis pascua eorum. Non esurient neque sicient. et non percutiet eos estus et sol: quia miserator eorum reget eos et ad fontes aquarum potabit eos.

Et ponam omnes montes meos in
viam: et semite mee exaltabuntur.
Ecce isti de longe venient. et ecce illi ab
aquilone et mari: et isti de terra australi.
Laudate celi et exultet terra. iubilate
montes laudem: quia consolatus est
dominus populum suum: et pauperum
suorum miserebitur. Et dixit Syon.
Dereliquit me dominus: et dominus oblitus
est mei. Numquid oblivisci potest mu
lier infantem suum ut non misereatur
filio uteri sui: Et si illa oblita fuerit:
ego tamen non
obliviscar tui. Di
cit dominus omnipotens. Rn. Li bi do
mine dereli
ctus est pau
per pupil
lo tu e ris
adiutor. V. Ut

quid domine
recessi sti
longe despicis in oportuni ta
ti bus in tribulatione
ne dum superbit
im pius incenditur
pau per.

Nullo tr. Vice. Secundum iohannem:
Loquebatur ihesus turbis iudeorum. Ego sum lux mun
di. Qui sequitur me: non ambulat
in tenebris. sed habebit lumen vite. Dixerunt
ergo pharisei. Tu de te ipso testimonium per
hibes: testimonium tuum non est ve
rum. Respondit ihesus: et dixit eis. Et si ego
testimonium perhibeo de me ipso: verum
est testimonium meum: quia scio unde

ueni et quo uado. Vos autem nescitis
unde uenio: aut quo uado. Vos secundum
carnem iudicatis: ego non iudico quemquam.
Et si iudico ego: iudicium meum
uerum est. quia solus non sum. sed
ego et qui misit me pater. Et in lege
uestra scriptum est: quia duorum
hominum testimonium uerum est.
Ego sum qui testimonium perhibeo
de me ipso: et testimonium perhibet
de me qui misit me pater. Dicebant
ergo ei. Ubi est pater tuus? Respondit
ihesus: Neque me scitis: neque patrem meum.
Si me sciretis: forsitan et patrem meum
sciretis. Hec uerba locutus est ihesus in ga
zophilacio: docens in templo. Et nemo
apprehendit eum: quia nondum ue
nerat hora eius. Offertorium.

Fac tus est do mi
nus firmamentum
me um et refu gium
me um et libe ra
tor me us sperabo me

Oblationibus quesumus Secreta.
domine placare suscep
tis. et ad te nostras etiam rebel
les compelle propicius uo
luntates. Per. Prefatio.
Qui corporali. Communio.
Dominus
re git me et nichil mi
chi de e rit in loco pascu
e ibi me collocauit super aquam
refectionis educa uit

Tua nos domine Postcommunio.
quesumus sancta puri
ficent. et operatione sua placitos
esse deuotos. Per. Super populum.
Deus qui sperantibus in te mise
reri potius eligis quam irasci

De fructu operum tuorum do
mine satiabitur ter ra ut
educas panem de terra et vi
num leti ficet cor homi
nis exhi la rar fa
ciem in ole o et panis
cor hominis con firmet.
Sentiamus domine Postcommunio.
ne quesumus tui perceptione
sacramenti subsidium mentis et
corporis. ut in utroque salvati celestis
remedii plenitudine gloriemur.
Per dominum. Dominica tercia decima. Officium.

Respice domine in testa
men tum tu um et a
nimas pauperum tuorum ne dere
linquas in fi nem exur
ge domine ne et iudica cau
sam tu am et ne obliviscaris
cantus vo ces querentium te
um te. Ps. Ut quid
deus repulisti in finem iratus
est furor tuus super oves pascue
eius. Gloria. Euouae. Oratio.

Omnipotens et misericors deus de cuius munere venit ut tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter serviatur: tribue quesumus nobis ut ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per. Ad galathas.

Fratres: Abrahe dicte sunt promissiones: et semini eius. Non dicit et seminibus quasi in multis: sed quasi in uno. et semini tuo qui est christus. Hoc autem dico testamentum confirmatum a deo: que post quadringentos et triginta annos facta est lex non irritum facit ad evacuandam promissionem. Nam si ex lege hereditas: iam non ex promissione. Abrahe autem per repromissionem donavit deus. Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est: donec veniret semen cui promiserat. ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est. deus autem unus est. Lex ergo adversus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex que posset vivificare: vere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato: ut promissio ex fide ihesu christi daretur credentibus. Rn. Respice domine in testamentum

Secundum lucam.

In illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Beati oculi: qui vident que vos videtis. Dico enim vobis: quod multi prophete et reges voluerunt videre que vos videtis. et non viderunt. et audire que auditis. et non audierunt. Et ecce quidam legisperitus surrexit: temptans illum et dicens. Magister: quid faciendo vitam eternam possidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Il

affli[...]
de populis suis. Et que operis quippi-
am fecerit: delebo eam de populo suo.
Nichil ergo operis facietis in eo.
Legittimum sempiternum erit
vobis: in cunctis generationibus
et habitationibus vestris. Sabbatum re-
quietionis est: affligetis animas
vestras. Die nono mensis a vespere
usque ad vesperam celebrabitis sab-
bata vestra. Dicit dominus omnipotens. R.
Propitius esto. Oratio.
Da nobis quesumus omnipotens
deus. ut ieiunando tua gratia
satiemur. et abstinendo cunctis
efficiamur hostibus fortiores. Per.
In diebus illis: Lectio libri levitici.
Locutus est dominus ad moy-
sen dicens. A quintodecimo die
mensis septimi quando congre-
gaveritis omnes fructus terre
vestre: celebrabitis ferias domini
septem diebus. Die primo et die oc-
tavo erit sabbatum: id est requies.
Sumetisque vobis die primo fructus
arboris pulcherrime. spatulasque
palmarum. et ramos ligni den-
sarum frondium. et salices de tor-
rente. et letabimini coram domi-
no deo vestro: celebrabitisque sollemp-

18.

nitatem eius septem diebus per an-
num. Legitimum sempiternum erit in
generationibus vestris. Mense septimo
festa celebrabitis: et habitabitis in um-
braculis septem diebus. Omnis qui
de genere est israel manebit in taber-
naculis ut discant posteri vestri quod
in tabernaculis habitare fecerim fili-
os israel cum educerem eos de terra
egypti. Ego dominus deus vester.
R. Protector noster. Oratio.
Tuere quesumus domine
familiam tuam. ut salutis
eterne remedia que te aspirante
requirimus. te largiente conseq-
uamur. Per. Lectio michee prophete.
Domine deus noster pasce popu-
lum tuum in virga tua
gregem hereditatis tue: habitan-
tes solos in saltu iuxta dies an-
tiquos. Videbunt gentes: et confun-
dentur super omni fortitudine sua.
Quis deus similis tui: qui au-
fers iniquitatem. et transis pecca-
tum reliquiarum hereditatis tue.
Non immittet ultra furorem suum:
quoniam volens misericordiam est.
Revertetur et miserebitur nostri.
Deponet iniquitates nostras: et pro-
iciet in profundum maris omnia

[illegible]

patribus nostris a diebus antiquis. Domine deus noster. R. Dirigatur oratio mea. Oratio.

Presta quesumus domine. sic nos ab epulis abstinere carnalibus. ut a uiciis irruentibus pariter ieiunemus. Per. Lectio zacharie prophete.

In diebus illis: Factum est uerbum domini ad me dicens. Hec dicit dominus exercituum. Sicut cogitaui ut affligerem uos cum ad iracundiam prouocassent me patres uestri. et non sum misertus: sic conuersus cogitaui in diebus istis. ut benefaciam ierusalem et domui iuda. Nolite timere. Hec sunt ergo uerba que facietis. Loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo. Veritatem et iudicium pacis iudicate in portis uestris. et unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus uestris: et iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hec sunt que odi: dicit dominus. Et factum est uerbum domini exercituum ad me dicens. Hec dicit dominus exercituum. Ieiunium quarti et ieiunium quinti. et ieiunium septimi.

[...] domui iuda in gaudium et leticiam: et in sollempnitates preclaras. Veritatem tantum et pacem diligite: dicit dominus omnipotens. R. Conuertere. Oratio.

Ut nos domine tribuis sollempne tibi deferre ieiunium sic nobis quesumus indulgentie prestans subsidium. Per. Lectio danielis prophete.

In diebus illis: Angelus domini descendit cum azaria et sociis eius in fornacem: et excussit flammam ignis de fornace. et fecit medium fornacis quasi uentum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem. et incendit quos reperit iuxta fornacem de caldeis. ministros regis qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis neque contristauit: nec quicquam molestie intulit. Tunc hii tres quasi ex uno ore laudabant et glorificabant et benedicebant deum in fornace dicentes. Ymnus. Benedictus es.

Dominus uobiscum. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium.

19.

In illo tempore. Secundum matheum.

Accesserunt discipuli ad ihesum dicentes. Quis putas maior est in regno celorum? Et advocans ihesus parvulum statuit eum in medio eorum et dixit. Amen dico vobis: nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli. non intrabitis in regnum celorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste: hic maior est in regno celorum. Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo: me suscipit.

Qui autem scandalizaverit unum
de pusillis istis qui me credunt: ex
pedit ei ut suspendatur mola asina
ria in collo eius et demergatur in p
fundum maris. Ve mundo ab scan
dalis. Necesse est enim ut veniant
scandala. Verumptamen ve homi
ni illi per quem scandalum venit. Si
autem manus tua vel pes eius tu
scandalizat te: abscide eum et proice
abs te. Bonum tibi est ad vitam in
gredi debilem vel claudum: quam du
as manus vel duos pedes habentem
mitti in ignem eternum. Et si ocul
tuus scandalizat te: erue eum et proice
abs te. Bonum tibi est unum oculum haben
tem in vitam intrare: quam duos
oculos habentem mitti in gehennam ig
nis. Videte ne contempnatis unum
ex his pusillis. Dico enim vobis: quia
angeli eorum in celis semper vident
faciem patris mei: qui in celis est. Cre
do in unum deum. Offertorium.